Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Proteus ofte Minne-beelden verandert in Sinne-beelden

Cats, Jacob

Rotterdam, 1627

Igne vetor mergi

urn:nbn:de:bsz:31-101049

Visual Library

Solenne eſt filius hujus ſeculi actionibus ſuis nebulas offundere, ac multis ambagum involucris, denſisque tenebrarum umbraculis, quidquid agunt, involvere; id rei perverſæ probabile plerumque ſignũ eſt: nam malè agentes lucem odiſſe, veritatis elogium eſt. Contra mens pura ac innoxia nihil tegit, imò teſtes actionibus ſuis advocat, & Iobi exemplo, vitæ rationem publicè edere, & veluti humeris, expoſitã omnibus, ferre non veretur; omnes Meandros ac diverticula refugit, omnes tenebriones ac latebricolas odio habet, &, ut generoſus ille romanus, domum in edito colle, ut ab omnibus non conſpici modò, ſed & inſpici poſſit, ædificari ſibi velit. Si quis ergò, veſpertilionum more, nocte intempeſtâ, operisque tenebrarum (ut Scriptura loquitur) ſeſe adhuc delectari ſentit, veræ lucis radijs necdum illuſtratum ſeſe eſſe, non abs re, ſuſpicari poterit: ut verò ab iſto vitæ genere abhorreat, audiat imprecationem Eſaiæ (cap. 29. 15.) & rebus ſuis applicet; væ (inquit ille) qui profundi eſtis corde, ut à Domino abſcondatis cõſiliũ, quorum opera ſunt in tenebris, & dicunt quis videt nos? Dãda potius opera ut cũ Paulo honeſtè ambulemus, prout in die.

'T Is een alghemeen ghebruyck in't bedrijf deſes wereldts, dat t'elcken alſſer eenighe ſlimme en doortrapte rancken voor handen zijn, men de ſelve onder den duym ende ter ſmuyck ſoeckt te beleyden: in voeghen dat de duyſterniſſe ſchijnt als een vaſt merckteycken te zijn, van dinghen die niet recht en gaen. Die quaet doet, haet het licht, ſeydt het licht des werelts: een oprecht ghemoedt daerenteghen is open ende recht uyt: roept als ghetuyghen tot alle zijn doen, ende is te vreden het boeck zijns levens openbaerlijck met Iob, als op ſijn ſchouderen te draghen, haet alle ſluyp-ſielen en haer linckerijen: wenſcht met dien rechtſchapen Romeyn, dat ſijn huys, voor de oogen een yeder open ſoude ſtaen, en als doorluchtich ſoude weſen. Iſſer dan erghens yemandt, die noch in ſich voelt de gheneghentheydt om ſijn ſaecken in het duyſtere te beleyden, en niet, als by nachte en ontyde, te vlieghen, als den nacht-uyl, ofte vledermuys, dat hy hem voorſeker houde, niet ghemeens te hebben, met de klaer-ſchynende ſtralen der waerachtigher ſonnen: maer veel eer met dat droeve wee, 'twelck den Propheet Eſaias op de ſulcke uytſpreeckt, cap. 29. 15. Wee, ſeydt hy, die verborghen zijn willen voor den Heere, haer voornemen te verhelen, en haer doen in't duyſter te houden, en ſpreken, wie ſiet ons? Laet ons liever met Paulo, eerlijck wandelen als in den daghe.

Die ſtaegh in't duyſter leyt en wroet,
Dat is een linckert, of een bloet.

August. Tract. 106. in Iohan.

Credere verè, eſt credere inconcuſſè, firmè, ſtabiliter, fortiter: ut jam ad propria non redeas & Chriſtum relinquas.

IONAS 2. 4. 6.

Les eaux m'ont environné juſques a l'ame, l'abiſme m'a enclos tout a l'entour, la roſiere s'eſt entortillée a mon chef.

Mais tu as fait remonter ma vie hors de la foſſe ô eternel mon Dieu.